

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad partis Quæst. 1. Decisio CXIV. Abbas non manutenetur in quasi
possessione approbandi Confessore, sed Episcopus, donec Abbas ipse per
tres conformes probet immemorabilem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

requiratur ita exacta probatio, sicut requiritur super articulo principali, ut nota per Cyn. C ubi causa statim, l. i. in §. qu. C. que sit long. consuetud. l. 2. circa finem. verb. expeditis sumus, in cap. Abbatie de verbo signific. etiam quod dixi. ff. si servar, vendit, sicutus §. sed si qua- ratur. Item ejus ad hoc facit, quod not. Innocent. de verbo signific. veniens. In con- trarium videtur, quod immo habeat plenè probare clericatum, & titulum, nec sufficiat summa cognitione & probatio. C. quorum bo. l. 1. præterim cum est mortuus Cleri- cillus. Unde Titius non potest dici in possessione Clericatus, igitur possitio præ- terita non relevat ab onere probandi, cum iura loquuntur de possessione relevante ab onere probandi &c. loqui videantur in præsenti, non in præterita possessione.

Ad partis 5. Quæst. I.

D E C I S I O N E C X I V .

Abbas non manutenetur in quasi possessione appro-
bandi Confessores, sed Episcopus, donec Ab-
bas ipse per tres conformes probet immemora-
bilem.

Reverend. P. D. Attributum.

Calaguritana jurisdictionis de Nagera.

Decis. 332.
par. 1o
recent.

Luna 6. Junii 1611.

S U M M A R I U M .

1. Mandatum de manutencionando datur ex sola assistentia juris absque alia pro-
batione.

Nnn 3

2. Confessiones secularium audire nemo potest sine approbatione Episcopi, &
ansufficiat approbatio Abbatii, qui est null-

- ³ Abbas prævarici non debet quasi posse
fieri nullius diæcesis.
³ Abbas prævarici non debet quasi posse
fieri nullius diæcesis.
- ⁵ Verba sententie sunt stricti juris, ne
debent plus operari, quam de necessi-
tate importent.

¹ Strictè proposito dubio an Episcopus Calaguritanus sit manuteneundus inap-
sprobandi Confessariis Ecclesiæ S. Crucis, & S. Michaëlis oppidi de Nigra,
in quatum Ecclesiarii Clericos, & Capellanos Abbatii S. Matiae, ordinis S. Bent-
dicti competit iurisdictione privatæ, Domini pro Episcopo responderunt, nam decte-
rum Concilii Tridentini sess. 23. c. 15. de reform. disponit, quod nemo admitti possit ad
confessiones secularium audiendas, nisi approbatus ab Episcopo, ita quod assiduitas
juris est clara, propter quam datur manutentio; absque illa probatione possessions,
ut in c. cum persona de præv. in 6.

² Non obstante in contrarium adducta, quod enim attinet ad immemorabilem
illa non est probata, & probata non relevat, utpote sublata per Concilium, quod Ab-
bas sit nullius diæcesis, id est que ipse possit suos Clericos, & Capellanos ad confessio-
nes audiendas approbaret. Fuit decisiun 4. Julii 1603. & 16. Junii 1604. coram R.P.D.
Pegna, & 26. Junii eiusdem anni, & novissime 5. Maii 1608. coram me. Monasterium esse
in, & de diæceti Calaguritana. Hinc est, quod jam ante aliquot annos Illustrissima
Congregatio sacri Concilii Tridentini interpretum respondit, eos qui approbandi
sunt ad confessiones audiendas in Ecclesiis Abbatii subjectis, & ab ipso Abbatte offer-
ri debere Episcopo, & cum præsupposito, quod Abbas habeat iurisdictionem quasi
Episcopalem privatæ ad Episcopum.

³ Nec facit, quod donec Abbas probare potest se habere territorium separa-
tum, non debet suâ quasi possessione privati. *Vin Conchen. jurisdictionis 4. Decemb.*
1592. coram Illustrissimo Cardinali Mantica; quia loquitur in casu specialiter reservato
a Concilio, & in quo jus commune non refragabatur, sed potius suffragabatur, ut
in ea dicitur.

⁴ Hic autem jus refragatur, tam quoad approbationem Confessariorum,
quam quoad statum nullius diæcesis, ultra, quod mens, & verba stant pro Episco-
po, quâ ratione Illustriss. Congregatio sacri Concilii interpretum in causis matrimo-
nialibus, & criminalibus, in quibus Concil. non sustulit, immemorabilem declar-
vit, Episcopum manuteneat, esse in earum cognitione, donec per tres conformes in-
ferior immemorabilem proberet, & lequuta est *Rota in Baren. jurisdictionis 18. Maii*
1609. coram R.P.D. meo Coccino.

⁵ Postremò, quod attinet ad sententiam arbitram Roberti, à Sede Apostolica
confirmatam, in ea nullum legitur vel bonum de approbatione Confessariorum, eadem
loquitur de jurisdictione competente Abbatii, potest intelligi de jurisdictione con-
tentio,

rentiosa, non de voluntaria, nec potest fieri illatio de exemptione Clericorum ad exemptionem loci, praesertim cum verba sententia sint stricti juris, nec debeant plus operari, quam de necessitate important, ut in terminis sententiae fuit dictum in hac causa.
12. Januarii 1609, coram me.

D E C I S I O C X V .

Episcopus in diæcesi habet fundatam intentionem tam de jure communi, quam vigore Concilii in approbationibus confessorum, & qui contrarium prætendit, debet hoc probare per Apostolicum privilegium.

R. P. D. Ubaldo.

*Decis. 655.
par. 3. 766.*

Calaguritana jurisdictionis de Nagera.

Veneris 20. Martii 1615.

S U M M A R I U M .

- 1 Episcopus in sua diæcesi habet fundatam intentionem quoad approbationem confessariorum. 4 bida per actus contrarios. Conclum an derogaverit juri questo ex sententia.
- 2 Manutentio datur ex sola juris assi- 5 stentia, absque alia probatioane posses- sione. Abbas non presumuntur habere iura E- piscopalia, nisi probetur, & ostenda- tur privilegium Apostolicum.
- 3 Et quid si juris assistentia reddatur tur- 4 bida per actus contrarios. Conclum an derogaverit juri questo ex sententia.

Fuerat in hac causa resolutum usque de anno 1611, die 6. Junii coram Reverend. Attribebaten, dandum esse mandatum de manutendo Episcopo Calag. in quasi possessione approbandi Confessoriorum in Ecclesiis S. Crucis, & S. Michaelis opidi de Nagera, & cum pro parte moderni R. Episcopi instaretur pro relaxatione mandati prædicti, Abbas B.M. de Nagera ord. S. Benedicti advocatus petiit, & obtinuit iterum